IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175 Seite 23r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26352
Copyright: Admont, Benediktinerstift



edificetur & instruatur: que uel qualis esse
debeat dilectio dei. Oportet namq; ut quauis
sancta ac fidelis anima. primo ad potandum & dis
cendum sedeat in cella uinaria. ibiq; inter po
cula diuine dulcedinis discat. qualiter dilec
tum suum deum ac redemptorem suum diligere debe
at. Que dum illic edocta & edificata intrinsecus
fuerit. utiliter & salubriter ad edificationem proxi
morum exire poterit. quia iam nouit quid deo. quid
proximo debeat. qualiter se deo inclinet &
humiliet. qualiter se proximo in humilitate
conformet & consociet. Sic profecto ordina
ta caritate. dum ad utilitatem proximorum egre
ditur: quasi de cella uinaria de secreto
interne quietis egredi metuens. laborem egres
sionis sue recompensari sibi bonis proximorum pro
fectibus humiliter postulat cum dicit.
Fulcite me floribus. stipate me malis quia
amore langueo. Quamuis diuersa hic
intelligi ualeant. specialius tamen hoc in
uerbis istis significari credimus. quod in
egressione sua feruorem diuini amoris
languescere sentiens. consolationem quaerat